

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Missus I. Promulsides & prægustus mystici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

HORA XI.

Prandium.

Agenda ante Prandium.

*Vt cum gustu spirituali & meritorum
incremento corporis reficias : mensam spiri-
tualem hic tibi sterno : cui ternos missus
inero triplici perfectionis viae responden-
tes singulos quinis ferculis mysticis instru-
bos. Ex his indies ante prandium & coe-
nam nonnihil deliba, pragusta, & ruminas,
& cibos corporis etiam insipidos instar
aromatum & condimentorum dulcorabis.*

MISSUS I.

Promulgatus & prægustus mystici.

I.

*Considera te ob peccata tua innumera
indignum esse vel ipso pane Filiorum, qui
toties te abjecisti ad siliquas pororum : si
mim famuli Herum gravius offendentes
pane & aquâ multantur; quid tu Herum
non mortalem sed immortalem toties of-
fendens te meruisse censes ? Agnosce, nun-
quam querere, vilioribus acquiesce.*

II. Ex-

II.

Expende famem & sitim Animarum
igni purganti addictarum, quam interce-
teras causas, etiam ob violatas temperan-
tia leges perpetiuntur. Item sitim & fa-
mem intolerabilem damnatorum, prese-
tim divitis Epulonis, qui ad lingua astum
mitigandum, totâ aeternitate nec aqua
guirculam obtinebit. Cave à crapula &
ebrietate ac epulis nimis splendidis, ne si-
milia promereâre.

III.

Cogita quem cibum, potumq; damnati
in inferno commessationibus & ebrietati-
bus suis meriti sint: non alium sane, nisi
picem & sulphur, venenum aspidum & fel
draconum, calicem irae & furoris Dei.
Quoties haec & tu promeruisti; o si probè
agnosceres! quam firmiter viatum licet
tenuissimum, meritum tuum excedere,
crederes?

IV.

Dispice, quam miser sit anima statu;
qua cibo spirituali Sacramentorum, pre-
sum, virtutum, & gratia Dei privatur:
ac fame quodammodo enecatur; quemad-
modum

modum equi strigosus, aut hominis emaciatus
corpus fame contabescit. Pasce tu crebro
animam cibo spirituali, nec cum Davide
queraris: aruit cor meum quia oblitus
sum comedere panem meum. Et pudeat te
majorem hactenus gessisse curam corporis,
quam anima millies corpore nobilioris.

V.

Quam frugaliter ac temperanter com-
edisse & bibisse te optabis sub horam mor-
tis & judicii particularis; quando de omni-
ni sensualitate, superfluitate & prodiga-
litate rationem strictissimam Deo reddi-
turus es? Quid respondebis diabolo tot mil-
lenos bolos, tot millenos scyphos superfluos,
imò sanitati noxiost te absumpisse arguerem-
us? ex quibus tot eleemosynas, si parcias
vixisses, erogare potuisses? Time, ac dein-
ceps necessitatem, non sensualitatem specta-

MISSUS II.

Continens V. fercula mystica.

I. Exemplum Christi,

Propone tibi modestiam, temperanti-
am, gravitatem, mores, gestus, verba, collo-
quia, documenta Christi Domini come-
dantis